

Et cetera postea tribulatione: inuocauit dominum dominum patrem: ut mitteret christum filium suum: sine cuius auxilio prede-
 beret remitti et saluandum. Quia uisum est christe nec dum esset incarnatus: predeberet enim in spiritu psalms nostra humanan-
 dum. ideoque postea in calamitatibus et miseriis huius uite: inuocabat eum: sciens quod non esset in alio aliquid salus. Et ad
 dominum meum clamaui. Clamaui totis uidelicet uerbis et omnibus medullis cordis: Plus est enim clamare: quam inuocare:
 et exaudiri de templo suo uocem meam. De templo suo dicitur de celo et de corpore: dominico. Corpore enim illud assump-
 tum templum dei uocat: quoniam in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. aquo templo mittit auxilium omne
 electis. Et clamor meus in conspectu eius: id est iusta causa mea introiit: maiores eius: id est puenit ad primum auditum eius: ideo
 autem iusta: quod non solum per se: sed etiam propter gratiam humani calamitatibus deflebat. Comota est et contremuit terra: hactenus
 et locuta cetera ad uenitum christi precedens: hinc incipit ex quo subsequitur. Comota est inquit: contremuit terra: id est
 tremuere et seculares homines commouit: de malo ad bonum et de infidelitate ad fidem catholicam: et uersa sunt contremuit
 etiam id coruscante gratia eugenia: et comminante eis domino ad edicentes: Omnis arbor que non facit fructum bonum excidet:
 et in ignem mittetur. Et fundamenta montium conturbata sunt. Montes sunt reges et potentes huius seculi. Fundamenta uero horum
 montium sunt diuitie et honores ac dignitates huius uite: quibus in terra uidentur. Conturbata ergo sunt huius modi inquit
 fundamenta: pro eo quod est turbata sunt: hi qui talibus fundamentis uidebantur fulciri: quod uidelicet audiebant:
 dominum predicantem: et dicentem: Nisi conuerfi fueritis et penitentiam egeritis: eterna supplicia lueritis. Et comota sunt
 et de malo ad bonum et de infidelibus facti sunt fideles. In uita est eis: ideo conturbantur: quoniam sibi dominum iuste uisum
 arbitrabantur. Ascendit fumus: nix enim eius. Ex fumo lacrimae pendunt: ideoque fumus lacrimarum ponitur. Ascendit fumus
 inquit eius: id est lacrimae et penitentia: subsecuta est timore diuine indignationis et comminationis. Et ignis aspi-
 citur et exarsit: aspicitur eius: id est ad presentiam manifestans eius: exarsit ignis carnis. Cum enim quis timore diuine ultio-
 nis commotus fuerit: ad penitentiam in eo sub inde feruore carnis accendit. Carbones succensi sunt ab eo: id est
 infideles nigri peccatis: et tabentes illo pessimo frigore: quo ex peritis emittit calore carnis: succensi sunt
 flamma diuini amoris et sapientie: Inclinauit celos. Celos hic angelicos intellige ordines: Inclinauit in-
 quit deus pater celos suos: quod christo ad terram descendente: omnes angelorum ordines ad preteritum inflexit: ut uidelicet
 omnes nimio affectu mentium redemptionem impleri desiderarent. Unde et ipsi cooperanti: leguntur in redemptionem
 et descendit sub christo ad terram: per incarnationis mysterium. Et caligo sub pedibus eius: id est tenebrosi et caligine peccatorum
 obuoluti: subiicientur fidei eius. Et ascendit super cherubim: Cherubim per grecum est et a neutri generis: per uero hebreum
 et masculinum genus. Est autem utrumque pluralis numerus: Cuius singulare dicitur cherub. Est autem unus angelorum ordinum:
 et interpretatur plenitudo scientie: Ergo per cherubim: omnes angelicos ordines accipit. Ascendit inquit super cherubim:
 quando uidelicet passionis mysterium: omnium angelorum ordines transcendens: assumpsit humanitatem: ad
 patris dexteram collocatur. Et uolauit. Verbo quod est uolauit celeritate ipsius ascensionis ostendit: Volauit
 super pennas uentorum: de qui uentus nihil est celerius. Super uolauit inquit super pennas uentorum: id est celerius quam
 creatura aliqua possit uolare: per uniuersum mundum fama eius euenit. Rex enim ut uat est uir uideat eadem
 die annuntiat est in chaldaea. Super et die epiphaniarum qui est totius decem annuuntate: cum octauam triumphans
 romam ingreditur: circulus aurei coloris orbis circuecessit: fertur. De quo consulti sapientes responderunt
 ea die inchoari imperium: quod nunquam acciperet terminum. Et posuit tenebras latibulum suum. Tenebre huius in
 bona parte sunt accipiendae: Tenebras quippe: appellat hominem assumptum qui sunt diuinitatis filii dei latibulum
 suum. Ipsa namque diuinitate non poterant ulli hominum uisus inueniri: ideoque carnis cetera uelamine: christi diuinitatem
 mundo uoluit aperire: Inuentum est enim tabernaculum: id est cetera eius christi uidelicet: Inuentum est enim: quod ipsi uelut
 ornamento uidetur: et inhabitat in ea et inambulatur. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Nubes sunt seculi peccato-
 res: pluuies uerbis: coruscantes miraculis: quique eterna spem: sustollunt ad celestia: in his nubibus est
 tenebrosa aqua: id est profunda: et occulta scientie diuine mysteria. Fulgoris in conspectu eius nubes est. Fulgor
 in una parte est: nominat casus pluralis numeri: et unguis per fulgoris nubes: id est per fulgidis coruscantes. Fulgo-
 ris ergo nubes in conspectu eius transiit: quod apostoli uelut fulgora coruscantia de iudea translati sunt ad gentes.